

qui<sup>b</sup>us in Thcoricis exhiberi possint. Quodlibet autem horum signorum in 30 gradus divisum est, quia viderunt Artifices, Solē per tot dies ferē in quolibet Signo versari, ut quemadmodum toti anno integer Zodiacus ita cuilibet diei unus gr. ferē responderet. Aggregatum v. totum horum gr. np. 360. comodè ab Astronomis ut alias sexagenarius numerus, quot minutis unus gr. absolvitur ob plurimas partes aliquotas tractari potest. Adeò ut hæc circuli naturalis ferē divisio in omnibus aliis hypotheticè assumatur.

§. 4. Nomina verò signorum, ordinem & numerem hi versūs exprimunt:

Sunt Aries V. Taurus ♀. Gemini II. Cancer ♀. Leo ♀.  
Virgo ♀. (ra<sup>m</sup>. Pisces X.

Libraq; ♀. Scorpius III. Arcitenens ♀. Caper ♀. Amphi-

Variam autem signorum divisionem hinc inde in libellis sphæricis habent aut horas. Primò quidem in cardinalia & non cardinalia, quæ iterum vel æquinoctialia vel solstitialia. Porrò in vernalia, æstiva, autumnalia & hyemalia, quæ iterum in mobilia fixa & communia. Item in septentrionalia & meridionalia: ascendentia & descendenta. Hi tamen respectus à qui<sup>b</sup>us signa ita denominantur omnes universales non sunt sed ad nostram solum sphæram accommodati, in qua rerum harum cultores floruerunt ante & adhuc florent.

§. 5. Ut verò intelligatur id, quomodo Sol dicatur in hisce signis constitutus esse, notandum est duos esse Zodiacos, unum invisibilem ac ratione conceptibilem, alterum visibilem. Illi propriè competunt signa, huic asterismi, illa partes occupant aquales, hi non item, namque V in longitudine occupat 20. 0. 13. / . 8 verò 31. 0. 24. / . &c. Ac quia stellæ fixæ à mundo condito in longitudinem progressæ sunt per 28. 0. circiter, Zodiacus hic stellatus à signis Zodiaci invisibilis, quem attendunt Astronomi, integris penè signis dissidet. Unde dubitandi ansa oriri posset de Astrologicorum judiciorum fide; si enim olim æstus augebatur non solum à distantia media inter solstitium æstivum & æquinoctium autumnale sed etiam ob conjunctionem ☽ cum corde ♀ & canicula &c. hæc utique causa nunc disjuncta est à Leone Zodiaci rationalis & migravit in Virginem sub qua reperitur astrum ♀.

§. 6. Quia